


| | | | |
|--|-------|--|-------|
| Praelatus Regularis. | 273. | Processus Curiae ecclesiasticae. . . | ibid. |
| Præscriptio. | 282. | Procuratio. | 344. |
| Præsentatio, præsentatus ad bene- ficium. | 297. | Procurator. | 348. |
| Præstimonium. | ibid. | Prodigalitas. | 351. |
| Præsumptio. | 298. | Professio Fidei. | ibid. |
| Præventio Jurisdictionis. | 301. | Professio regularis. | ibid. |
| Precarium, Precariae. | 303. | Propositiones damnatae. | 363. |
| Preces publicæ. | 305. | Prospectus. | 383. |
| Presbyteratus. | ibid. | Protonotarii de numero Partici- pantium. | ibid. |
| Pretaticum. | ibid. | Protonotarius Titularis, seu extra numerum. | 385. |
| Primæ preces Imperatoris. | ibid. | Prudentia. | 386. |
| Primicerius. | ibid. | Psalmus, Psalterium. | ibid. |
| Primitiæ. | 306. | Pubertas. | 390. |
| Privatio vocis activæ, & passivæ, & officii, vel beneficii. | 307. | Publica honestas. | ibid. |
| Privilegium. | ibid. | Punctator, Punctatura. | ibid. |
| Probatio. | 328. | Purgatorium. | 391. |
| Processiones. | 336. | Pyromantia. | 394. |
| Processus Curiae laicæ læsivi im- munitatis. | 343. | Pytonia. | ibid. |



PABULATIO.

PABULATIO. Vide *verb.* Bellum art. 3. n. 27. 28. 29. & *verbum* Pascua per tot. in primo namque loco breviter expenditur pabulationis usus respectu militum tempore belli in terra hostili, & in terra amicas in secundo autem loco pascua declarantur quoad nomen, esse, ac ad quos spectent, necnon quinque traduntur modi, quibus pascendi jus acquiri potest, & per totum exponitur; quod hac de re scitu dignum est.

riorem pascuorum probationem, ut recte explicat Glossa *ibidem*.

Pactum (omissis aliis minus scitu necessariis divisionibus) præcipue dividitur in pactum nudum, & vestitum, seu legitimum Abbas in c. Antigonus 1. de pactis num. 4. & alii communiter. Pactum nudum est illud, quod in sola conventionione paciscentium consistit; & dicitur nudum, quia stat in puris, simplicibus, & nudis finibus conventionis, sicut ille dicitur nudus, qui est securi de utero processit, ut declarant Bartolus in l. Juris gentium §. Igitur num. 1. ff. de pactis, Abbas in cit. c. Antigonus 1. de pactis num. 4. Fagnan. ib. n. 18. & alii passim. Non enim intercedit aliquid extrinsecum, quo vestiatur, videlicet, nec stipulatio, nec solemnitas scriptoræ, aut hujusmodi. Pactum vestitum, seu legitimum est illud quod præter conventionem partium aliquid aliud Juris adinaculum habet, ratione cujus actio civilis in foro externo oritur, l. Legitima conventio, ff. de pactis, ibi: "Legitima conventio est, quæ lege aliqua confirmatur, & ideo interdum ex pacto actio nascitur vel tollitur, quoties lege, vel senatusconsulto adjuvatur, concordat textus in l. Juris gentium §. 1. & seq. ff. eodem."

Pactum pluribus modis vestiatur, seu Jure civili confirmatur, & hos præcipuos modos enumerat Glossa magna in cit. l. Juris gentium §. Sed cum nulla, verb. Quinimmo, ff. de pactis, Bartolus ib. Pirhing. lib. 1. Decret. in tit. 35. d. n. 4. Reiffenstuel ib. d. n. 20. & alii passim.

Primo igitur vestiatur, si pactum simplex transeat in contractum specificum, seu nominatum, seu in genere perfectum v. gr. in emptionem, venditionem, locationem, commodatum, depositum, & hujusmodi: generatim enim omnes contractus nominati sunt vestiti, & pariunt actionem, quando in suo genere sunt perfecti, cit. leg. Juris gentium §. 1. ff. de pactis.

Secundo pactum nudum, seu simplex vestitur, seu confirmatur legis assistentia, seu Juris auxilio, ita ut ex eo oriatur actio civilis ex Juris privilegio, ut colligitur ex l. Legitima 6. de pactis, & notat Glossa ibi. Sic quippe ex simplici donatione, posteaquam acceptata est ante traditionem rei, Jure novo Codicis oritur actio civilis ad rei ita promissæ traditionem; l. Si quis 55. §. Sed siquidem, Cod. de donation. Item ex nudo pacto dotis præstandæ, seu ex simplici promissione dotis acceptata in favorem matrimonii oritur actio civilis; l. Unica, C. de rei usor. act. l. Ad exactionem 7. Cod. de dotis promissione.

Tertio vestiatur, & confirmatur pactum nudum, seu simplex, coherentia cum contractu nominato, vel alio pacto vestito, videlicet, si pactum inconuenient, & non ex intervallo adiciatur alteri contrac-

PACTUM.

ARTICULUS I.

Quoad ea, quæ concernunt naturam, divisionem, & effectus Pactorum.

SUMMARIUM.

- 1 Pactum unde sit dictum.
- 2 Pactum quid sit.
- 3 Pactum (omissis aliis minus scitu necessariis divisionibus) præcipue dividitur in pactum nudum, & vestitum.
- 4 Pactum nudum quale sit.
- 5 Pactum vestitum quale sit.
- 6 Pactum pluribus modis vestiatur.
- 7 Primo vestiatur specifico nomine contractus.
- 8 Diversis nominibus pactum vestiatur, ad n. 13.
- 14 Pactorum effectus, tam jure canonico quam civili, ad n. 26.
- 27 Additiones ex aliena manu, ad n. 35.

PACTUM est sic dictum à pactione, textu expresso in l. Hujus Edicti 1. ff. de pactis §. 11. ibi: Pactum autem à pactione dicitur, vel quasi ex pace factum, quia per pacta fieri solet pax, c. Pactum 11. de verbis, signific. ibi: Pactum quasi ex pace factum, & concordat cit. l. Hujus Edicti §. 1. ibi: Inde etiam pacis nomen appellatum est.

Pactum est duorum, pluriumque in idem placitum consensus. Sic præcisè verbis definitur in citat. l. Hujus Edicti §. 2. seu ut definitur in l. Pactum 2. ff. de Pollicitationibus: pactum est duorum consensus, atque conventio, & concordat definitio, quæ refertur in c. Pactum 11. de verb. signific. ibi: Pactum dicitur inter partes ex pace conveniens scriptura legibus, & moribus comprobata. Ly enim scriptura non denotat, quod pactum sine scriptura fieri non possit, sed solum demonstrat, quod solet in pactis interponi scriptura ad faciliorem, & cla-

FERRAR. BIBLIOTH. TOM. VII.

tractum nominato, vel pacto vestito, sive pactum nudum precedat contractum nominatum, vel pactum vestitum, sive confestim subsequatur; *cit. l. Juris gentium 7. ff. de pactis §. Quinimo, & seq.* Sic quando quis locat alteri domum adjecto simul pacto, ut agrum suum adjacentem colat, tale pactum non dicitur amplius nudum, quia cum cohaereat cum illo primo pacto vestito, seu contractu locationis, hoc adimpleto ex parte locantis domum, firmatur etiam illud pactum nudum, & simplex, ita ut pariat actionem civilem, sicut primum pactum vestitum, seu contractus locationis domus.

10 Quarto vestitur, & confirmatur pactum nudum, seu simplex per traditionem rei, seu impletionem promissi; *cit. l. Juris gentium 7. §. 2. ff. de pactis*. Sic quando quis dat alteri aliquid, ut aliud ipsi, vel pro se faciat, tale pactum non est amplius nudum, sed ex parte ejus, qui dedit, seu promissum implevit, dicitur vestitum, & parit actionem civilem, cum ipse petere possit, ut etiam alter adimpleat contractum, & praestet id, quod conventum est, vel ut sibi restituat quod dedit, vel quantum sua interest. I. Naturalis §. ff. de praescriptis verbis, l. Si ob rem 1. l. Dedi 3. §. Sed si tibi; l. Si pecuniam §. in princip. De conditione causa data, causa non secuta.

11 Quinto vestitur, & confirmatur pactum nudum, seu simplex adjectione juramenti, ita ut exinde etiam de Jure civili concedatur actio; *arg. l. Ut iurijurandi, ff. de operibus libertorum. & tenent Covarrub. in c. Quamvis p. 2. §. 4. n. 27. de pactis in 6. Pirhing. lib. 1. Decretal. tit. 35. num. 5. Reiffenstuel ib. num. 25. Engel. ib. num. 8. cum aliis ibi citatis.* Omne enim juramentum, quod sine salutis aeternae pendendo servari potest, in utroque foro servandum est; *cap. Cum contingat 38. de Jurejurando.*

12 Sexto vestitur, & confirmatur pactum nudum, seu simplex vestimento verborum, sive per stipulationem, quae stipulatio valet sub quacumque verborum forma sit concepta, §. 1. In hac re, *Inst. de verbor. obligationibus, l. Omnes stipulationes 10. Cod. de contrahenda stipulatione.*

13 Septimo vestitur, & confirmatur pactum nudum, seu simplex literis, sive per proprium chirographum; ut quando quis sub suo chirographo aliquid paciscitur, sive alteri promittit; *arg. §. Unico Olim Scriptura, Inst. de literarum obligationibus.*

14 Primarius, ac principalis effectus factorum est obligatio naturalis; c. Antigonus 1. de pactis, ibi: *Initia pacta suam obtineant firmitatem... pacta custodiantur; & in ejus summario expresse dicitur; Pacta, quantumcumque nuda servanda sunt, &c. cap. Qualiter 3. cod. ibi: Studioso agendum est, ut ea, quae promittuntur, opere compliantur; & concordat l. Hujus Edicti 1. ff. de pactis in principio, ubi expresse dicitur: Quid enim tam congruum fidei humanae, quam ea, quae inter eos placuerunt, servare? Et propterea Princeps, licet sit solutus legibus; l. Princeps, ff. de Legibus; (Convenit lex 15. §. 16. tit. 1. p. 1.) nihilominus obligatur ex nudo pacto etiam inito cum propriis subditis; *arg. c. Ex Epistolae verbis 1. de probationibus*, adeo ut ab eo recedere non possit etiam de plenitudine potestatis. Bald. in cap. 1. §. Ad hac Col. §. ff. de pact. jurament. firmam. Paul. de Cast. in l. Digna eos C. de Legibus; Card. Zabarell. consil. 147. Dominus noster Papa, Socin. consil. 86. n. 14. lib. 4. Fagnan. in cir. cap. Ex epistolae verbis 1. de probationibus n. 23. cum aliis ibi citatis, & in c. Antigonus 1. de pactis n. 7. Reiffenstuel l. 1. Decret. tit. 35. n. 28.*

16 Et hoc non alia ratione nisi quia Princeps ex pacto obligatur Jure naturali, & divino, cui etiam Papa, & Imperator subiciuntur. Clement. Pastoralis, de re judicat. Cardin. Zab. cir. cons. 147. n. 7. Abbas in c. 1. de Constitutionibus, Fagnan. loc. c. Reiffenstuel loc. c. & alii.

Hinc quicumque non servat pacta etiam nuda, dummodo deliberata, & serio facta, peccat mortaliter; *arg. c. Praxandandum 22. q. 1. c. Antigonus 1. &c. c. Qualiter 3. de pactis; & l. Hoc Edicto 1. de pecunia constituta, ibi: Hoc Edicto Praetor faceret naturali aequitati, qui constituta ex consensu facta custodit; quoniam grave est fidem fallere.* Et probatur efficaciter ex *cit. cap. Antigonus 1. de pactis*, ubi recedens a pacto potest excommunicari: ibi: *Ecclesiasticam sentiat disciplinam.* Excommunicatio autem non infligitur nisi pro mortali, ut est textus in c. Nemo Episcoporum 11. q. 1. adeoque &c. Et sic tenent Glossa, Hostiens. Joann. Andraes, Bellarm. Card. Butrius, Imola Archidiaconus, & alii communiter, teste Fagnano in *cit. cap. Antigonus 1. de pactis n. 5.*

Pacta quaecumque ratione naturalis obligationis pariunt quosdam alios notabiles effectus etiam pro foro externo; Molin. tom. 2. de justit. & jure tract. 2. disp. 257. num. 1. Lessius lib. 2. de justitia, & jure cap. 17. num. 23. Layman lib. 3. tract. 4. c. 9. n. 9. Pirhing. lib. 1. Decretal. tit. 35. Reiffenstuel ib. n. 29. & alii.

Primo igitur quaelibet pacta etiam nuda, ac pro foro externo pariunt exceptionem; l. Juris gentium 7. §. Sed cum nulla, ff. de pactis; ita ut licet promissarius non possit instituta actione petere quod sibi promissum est ex simplici, & nuda promissione, potest tamen pacto illo tamquam exceptione uti, ut se defendat ab actoris petitione, eumque repellat. Hinc si Petrus v. g. simpliciter promissit se centum aureos mutuo darum Paulo, isque vicissim Petro debeat centum ex venditione, in tali causa Paulus Petrum petentem centum aureos sibi debitos potest repellere exceptione promissit mutui.

Secundo, pacta omnia impediunt debiti soluti repetitionem, unde quod semel ex tali pacto solutum est, potest retineri, non solum in foro conscientiae, sed etiam pro foro externo, ita ut non debeat neque in judicio restitui; *arg. cir. l. Juris gentium 7. Sed cum nulla, ff. de pactis, & §. Praeterea, Inst. de exceptionibus.* (Vid. addit. hisp. novis. in fin. verb. Ignorantia, vers. Juris ignorantia.)

Tertio, pacta omnia etiam tribuunt Jus compensandi: unde debitor potest facere compensationem in eo, quod sibi ex pacto nudo creditor debebat, neque in foro etiam externo compelli potest ad plus solvendum, quam excessum; *arg. c. l. Juris gentium 7. §. Sed cum nulla, ff. de pactis, & §. Praeterea, Inst. de exceptionibus.*

Quarto quibuslibet pactis etiam nudis potest accedere fidejussor, & hic efficaciter obligari, ita ut contra eum detur actio; *arg. l. Fidejussoribus, ff. de Fidejussoribus.* (Convenit lex 5. tit. 12. p. 5.)

Quinto, pacta omnia etiam nuda pariunt facultatem retinendi pignus: Unde potest retineri pignus datum, donec solvatur id, quod ex nudo pacto est debitum; *Molina tom. 2. de justitia, & jure tract. 1. disp. 25. n. 1. Lessius lib. 2. de justit. cap. 17. num. 23. Pirhing. loc. cit. n. 35. arg. cir. l. Juris gentium 7. §. Sed cum nulla, ff. de pactis, & §. Praeterea; Inst. de exceptionibus.*

De jure canonico ex pacto nudo datur actio, id est, jus exigendi in judicio illud, de quo inter paciscentes conventum fuit, sic colligitur aperte ex c. Antigonus 1. & c. Qualiter 3. de pactis, & tenet Glossa in *cit. c. Antigonus*; Abbas ib. n. 3. Bald. n. 11. Felin. n. 4. Fagnan. n. 24. & Canonistae communiter, ut testantur Fagnan. loc. cit. Reiffenst. loc. c. Decret. tit. 35. n. 31. & seq.

De rigore Juris civilis non datur actio ex pacto nudo, sed solum exceptio. Communis, textu expresso in l. Juris gentium 7. §. Sed cum nulla, ff. de pactis; ibi: *Igitur nuda pactio obligationem non parit, sed parit exceptionem ubi, per ly Obligationem*

nem Glossa *ibid.* dicit, quod intelligitur obligatio efficax, id est, talis qua visus actione instituta possit petere in judicio quod sibi ex nudo pacto promissum fuit. Et concordat l. Ex placito 3. C. de rer. permutat.

26 Dicitur autem notanter De rigore Juris civilis, quia secundum hodiernos mores etiam in foro civili datur actio ex pacto nudo, prout tradunt uno ore Interpretes, tesibus Christ. Cuingensperger l. 3. Inst. 14. quest. 10. Reiffenstuel lib. 1. Decret. tit. 35. n. 37. Pirhing. *ibid.* num. 37. Card. de Hugo disp. 22. de Contractibus sect. 9. num. 56. Et hodie merito, ne forum internum discordet ab externo, & ut delictis janua non aperiat.

27 De vi factorum attento Jure naturae, attento Jure civili Romano, attento Jure canonico, tum attentis hodiernis moribus gentium, vide quae diximus in addit. ad verb. Contractus.

28 Illud hic denuo incitandum est, haud confundenda esse pacta cum tractatibus: Illa negotium in se perfectum, hi perfectandum continent, & ita actum imperfectum continent: Imperfectum autem dicitur, juxta legem ponit. in fin. C. de his quib. ut indign. Ad quod perfectandum, seu agendum aliquid superest, adeoque etsi plurima jam acta sint inter partes, ita ut prope res peracta sit, nihil tamen actum intelligitur, quoad totum negotium non plene est absolutum; Confer Coccei *disert. de Jur. circa act. imperfecti. sect. 2. §. 4. in fine.*

29 In sponsalibus, quae pacto perficiuntur, observatio haec insignem praebet usum. Ea non sunt perfecta, nisi paciscentes consensus categoricum adeo ad futurum matrimonium ediderint, ut nihil determinandum superest. Si adhuc quaedam determinanda reservata sunt, imperfecta sunt ex doctrina jam proposita.

30 Quid sentiendum sit de pactis preparatoris contractuum, facile ex dictis dijudicari potest. Meo judicio meris tractatibus referri debent pacta preparatoria contractuum. Hinc etiam si indiffinitè promiserit se rem alteri venditurum, locaturum, seu societatem cum altero initurum esse, haec promissa sunt indefinita, & respiciunt negotium futurum adhuc determinandum, adeoque imperfecta dicenda: Et ita quoad nondum appareat eo usque partes consensisse, ut jam subsistere, nihilque amplius isti rei adde-re, sed ei quod jam placuit acquiescere valeat, imperfectus est actus; Coccei *cit. disert. sect. 3. §. 3.*

31 Contra vero si pactum, quod contractum praecedit, in se sit determinatum, definitumque, hic actus non accedente nihil amplius sit determinandum, hic actus non nudo tractatum, sed pactum absolutum continet.

32 Huc referri debent sponsalia, quae sunt negotium preparatorium futuri matrimonii contrahendi, in quibus omnia determinantur, quae inservire possunt futuro matrimonio contrahendo. Huc quoque referendum pactum de mutanda certa, ac determinata pecunia quantitate ad certum tempus. Et propterea apud illas gentes, apud quas ex pacto actio oritur, actio ad interesse ei cui promissio facta est denegari nequit.

(Promissionibus, de quibus tit. 7. & 8. part. 1. agitur) utpote in illo de eis, quae à personis fiunt religiosis, dum professionem emittunt: in hoc de illis, per quas Deo deliberatè aliquid offertur, insuper habitis, si verba leg. 5. tit. 12. part. 5. scrutentur, nudum pactum invenitur, ut accidit in obligatione,

cujus est naturalis existentia, sed ejus adimplementum in judicio producti nequit, nam is natura debet quem jure gentium dare oportet, & fidem sequi sumus, sub qua quidem obligatione bene fidejussio ingreditur.

Circa vestes, quibus pactum nudum cooperitur, scrupulosè (non bene tamen percipitur etiam jure Romanorum) Auctor loquitur: quia asserere videtur quid diversum, dum pactum purum datur, ac in alium transit contractum: secus enim, si eodem tempore pactum v. g. de vendendo intercedit, ipso facto emptio perficitur, tunc equidem non potest pactum nudum discerni: semper quod indumentis sit nudus instruendus, praecedere vestimentis debet ejus existentia: pacto concessio, emptioque perfecta, quomodo utrorumque existentia separatim explicabitur, comprehendi non valet: ideo hisce subtilitatibus rejectis, verbisque non attentis, quae juxta leg. 1. §. 2. tit. 11. part. 5. ad promissiones seu stipulationes requirebantur, quoniam jure hispano (*vid. in hoc articulo add. hisp. cum leg. 1. tit. 11. lib. 1. For. Reg. & 3. tit. 8. lib. 3. Ord. Reg. à lege in dicta addit. inserta non discrepantibus*) jam est verborum solemnitas remissa, superest juris ejusdem professoribus demonstrare inter verbum Pactum, Contractum, & Stipulationem fere nullum discrimen constitui, & pro eodem accipi: sique possunt ad duo genera reduci, unum eorum, quibus nomen est proprium, alterum, qui eo carent, nominati scilicet aut innominati consequenter dicuntur; illorum varia, quae in compendium videlicet ad eos contractus, quorum utilitas, sive unum solum contrahentem respicit, sive omnes; *vid. prolog. Parr. 5. Sunt primae classis mutuum, commodatum. tit. 1. §. 2. ejusd. part. tit. 15. & 16. lib. 3. For. Reg. depositum; lit. D ex pag. 59. ad 63. donatio, lit. D ex pag. 107. ad 117. ac denique prout in communi mandatum ex leg. 20. & seq. tit. 12. part. 5. Secunda vero, emptio & venditio, locatio & conductio, societas, fidejussio, pignus atque hypotheca numerantur; *vide tit. 5. §. 6. 7. 8. 10. 12. & 13. p. 5. ac tit. 10. 11. 17. 18. & 19. lib. 3. For. Reg. In addit. hisp. novis. verb. Assuecurator, etiamque verb. Cambium. Super juramenti delatione vide addit. hisp. verb. Laicus, vers. varia: Quae verb. Contractus notantur, respice; de omnibus suis respectivis in locis agendum erit: tanquam si conferatur, ab Auctore exposita claritate accipiant.)**

ARTICULUS II.

Quoad illos, qui possunt, vel non pacisci quoad res, de quibus licet, vel non pacisci, & quoad pacta quaedam illicita, & à Jure reprobata.

SUMMARIUM.

- 1 Omnes illi pacisci possunt, vel non, qui possunt, vel non, contrahere.
- 2 Qui autem possint, vel non, contrahere? remissive.
- 3 Pacisci solum potest de iis rebus, quae sunt paciscentium propriae.
- 4 Hinc pacisci non potest de rebus Sacris & Religiosis.
- 5 Nec de rebus, quae sunt publicae, & communes.
- 6 Pacisci solum potest de rebus possibilibus.
- 7 Licet solum de rebus licitis, & honestis.

Om-

Actiorem oriri ex nudo pacto, non est tam recens in hispania, ut XIV. seculo jam fuisset haud praecipuum, promissionem quamlibet, vi cujus alter ad alterum appareat se obligatum, subsistere; perneccesseque adstrictum esse ad implementum illius quod ita promissit (1).

(1) L. 2. tit. 16. lib. 5. Pareciendo: (Vid. verb. Contractus in add. hisp. vers. Verba:)
FERREAN. BIBLIOTHEC. TOM. VII. A2

- 8 Omne pactum pro obtinenda re spirituali est penitus irritum, ac nullius momenti.
- 9 Sic omne pactum circa spiritualia est illicitum, & continet simoniam saltem ecclesiasticam, quando illud intervenit in beneficii ecclesiastici &c.
- 10 Quae pacta circa praecedentem materiam improbanda, ad num. 14.
- 15 Pacta in parochialibus ac patri non succedendi interposita, juramento etiam confirmata, quando suscipienda vel non, ad num. 21.
- 22 Pactum legis comisorioe, antichrycos, retrovenditionis, cum aliis conventionibus explanatur, ad num. 28.
- 29 Novae additiones ex aliena manu inseruntur, ad num. 48.

OMNES illi pacisci possunt, vel non, qui possunt, vel non contrahere: Pactum enim non differt a contractu nisi sicut genus a specie. Communis, & patet ex l. Hujus Edicti 1. ff. de pactis, ubi dicitur, quod conventio, seu Pacti nomen generale est, quamvis postmodum Conventionum pleraque in aliud nomen transeant, veluti in emptionem, in locationem, in pignus, & hujusmodi; respectu quarum proinde conventio, seu Pactum ut sic obtinet rationem generis. Qui autem possint vel non contrahere? Vid. verb. Contractus.

Pacisci solum potest de iis rebus, quae sunt paciscentium propriae; §. Idem juris 2. Instit. de inutilibus stipulationibus, ibi: "Quae enim natura sua dominio nostro exempta sunt, in obligationem deduci nullo modo possunt." Hinc pacisci non potest de rebus sacris, & religiosis, quae cum sint juris divini, in nullius bonis sunt, §. Nullius 7. Instit. de rerum divisione: "Nullius autem sunt res sacrae, & religiose, & sanctae, quod enim divini juris est, id nullius in bonis est, & concordat. necit. §. Idem juris 2. Instit. de inutil. stipulation. ibi: "Idem juris est (id est, inutilis erit stipulatio) nisi rem sacram, aut religiosam, quam humani juris esse crederet." Item pacisci non potest de rebus quae sunt publicae, & communes, ut sunt flumina, littora, forum, theatra, stadia, & similia, quae enim communibus, & publicis usibus populi perpetuo exposita sunt, sub pactis privatorum cadere non possunt; §. 1. 2. 3. 4. 5. & 6. Inst. de rer. div. & cit. §. Idem juris 2. de inutil. stipulat.

Pacisci solum potest de rebus possibilibus: Pactum enim rei impossibilis, sive de jure, sive de facto, nullam obligationem inducit, textu expresso in cap. Paciones 8. de pactis verbis mox in numero sequenti adducendis. Impossibile enim nulla est obligatio, l. Impossibile 165. ff. Regulis Juris. Et nemo potest ad impossibile obligari, c. Nemo potest 6. de Reg. Juris. Et de jure illud tantum possibile, & dari posse censetur, quod licite fieri potest, cap. Fraternalitas 15. causa 22. quest. 2. juncta Glossa verb. Quod potest. Unde pacisci solum potest de rebus licitis, & honestis; pacta enim de rebus illicitis, & inhonestis, quae sunt contra leges, vel contra bonos mores, nullam vim habent, & nullius penitus sunt momenti, textu expresso in l. Pacta 6. Cod. de Pactis, ibi: "Pacta, quae contra leges, constitutionesque, vel contra bonos mores sunt, nullam vim habere, indubitati juris est." & in cit. c. Paciones 8. de pactis, ibi: "Nam etiam juxta legitimas sanctiones pactum turpe, vel rei turpis, riant impossibilis de jure, vel de facto, nullam obligationem inducit.

(Tam constans est supra inserta doctrina, ut ab ea non sit dissentiendum: utpote per leg. 2. 11. 15. 16. & 17. tit. 5. 4. 6. 11. 20. 21. & 22. tit. 11. p. 5. omnia comprobantur; vid. lit. D pag. 54. n. 54. & pag. 60. n. 14.)

Hinc omne pactum pro obtinenda re spirituali est penitus irritum, ac nullius momenti, textu expresso in cit. c. Paciones 8. de pactis, ibi: "Pactiones factae a vobis (ut audivimus) pro quibusdam spiritualibus obtinendis, cum in hujusmodi omnis pactio, omnique conventio debeat omnino cessare, nullius penitus sunt momenti, & concordat c. Quaesitum 5. de rerum permutat. ubi additur quod pactum circa spiritualia vel connexa spiritualibus, labem semper continet simoniae."

Sic omne pactum circa spiritualia est illicitum, & continet simoniam saltem ecclesiasticam, quando illud intervenit in beneficii ecclesiastici, aut aliis jure ecclesiastico prohibitis, tamquam continentibus labem simoniae, ut si fiat permutatio praebendarum propria auctoritate, & sine interventu Superioris, scilicet Episcopi, cap. Quaesitum 7. de rerum permutat. Aur si quis resignet praebendam cum pacto, ut sibi solvatur certa pensio absque auctoritate Papae. Super eos de transactionibus. Vel si eligendus, v. g. in Episcopum, in Provinciale, in Generalem, & hujusmodi, promittat alteri beneficium ecclesiasticum, dignitatem, personatum, suum votum, & hujusmodi, ut det sibi votum in electione, cap. Quam pio 2. caus. 11. quest. 2. c. plerique 7. & cap. Paciones 8. de pactis, cap. Quaesitum 5. de rerum permutat. cap. Praeterea 9. de transactionibus, cap. De hoc 11. & cap. Tua nos 34. de Simonia, cum similibus.

Pactum, vi cuius beneficium ecclesiasticum debet pecunia resignari, nullum est, atque simoniacum, cap. Cum pridem de pactis, cap. Consulere 38. de Simonia cum similibus. Et hoc etiam procedit de pacto illo, quo una pars litigantium, privata conventionione, & sine auctoritate superioris, cedit liti, & juri super beneficio litigioso, si quod in eo habeat, & altera pars vicissim dat aliquod temporale v. g. expensas factas restituit. In spiritualibus enim omnis pactio cessare debet, cap. Paciones 8. de pactis, c. Quaesitum 5. de rerum permutat. cum similibus. Et sic tenent Abbas in cit. cap. Cum pridem 4. de pactis num. 1. & 2. Barbosa ib. num. 15. & communis aliorum.

Dicitur autem notanter privata conventio, ac sine auctoritate Superioris, quia interveniente auctoritate superioris scilicet Papae, vel Episcopi ex gravi causa id concedentis, pars cedens liti super beneficio extortae licite potest recipere aliquod temporale, non quidem in compensationem sui Juris, si quod in beneficio habeat, cum hoc sit simoniacum; sed vel propter bonum pacis, arg. cap. Nisi essent 21. de praebend. vel ob aliam hujusmodi justam causam. Fagnan. in cit. cap. Nisi essent num. 3. & 28. Barbosa ibid. num. 8. Reiffenstuel lib. 1. Decretal. tit. 25. num. 70. Layman lib. 4. tract. 10. cap. ultim. num. 56. & alii.

Pactum, quo quis promittit novam pensionem, vel augmentum antiquae, ut in beneficio instituantur, est illicitum, & simoniacum, & qui illud, mediante tali pacto, obtinuit, non solum est eo spoliandus, sed etiam aliis penis canonicis est puniendus; cap. Cum Clerici 6. de pactis, cap. Matt. 23. de Simonia, & Extravagant. Cum detestabilis de Simonia inter communes, cum similibus.

Pactum de succedendo in ecclesiasticis beneficiis, ita videlicet, ut ista Clericis concedatur sub hac conditione, quod post eorum mortem alii nominatim succedant, est nullum; cap. Accepimus 5. de pactis, & Comm. Doct.

Non valet pactum factum in praedictum Juris parochialis, ut si Clerici Seculares, vel Regulares res suae ecclesiae locent, vel in feudum concedant cum pacto, quod conductores, vel feudatarii decimas eis persolvant, aut apud ipsos sepulturam eligant. Cum enim hujusmodi pactum praedictum Juribus parochia-

libus, nullius est roboris, & sic paciscentes tenentur reddere quidquid ratione similiis pacti receperunt, & servare indemnem ecclesiam illam parochialem, quae exiade laesa fuit; textu expresso in cap. Plerique 7. de pactis.

(A praecedentibus non discrepant leg. 22. & 23. tit. 7. 1. tit. 13. 8. & 9. tit. 15. & 6. tit. 16. ac fere per tot. tit. 17. p. 1.)

Pactum, quod filia dote contenta patri ab intestato non succedat a Jure improbatum, & non valet, textu expresso in l. Pactum dotali instrum. 3. Cod. de Collationibus, ibi: "Pactum dotali instrum. mento comprehensum, ut contenta dote, qua in matrimonio collocabatur, nullum ad bona paterna regressum haberet, Jure auctoritate improbatum, nec intestato patri succedat filia ea ratione promittetur, & refertur etiam in c. Quamvis 2. de pactis in 6. per verba mox adducta in numero sequenti. Valet tamen tale pactum, si fuerit juramento firmatum, & non vi, nec dolo ab eadem praestitum fuerit, textu expresso in cit. c. Quamvis, ibi: "Quamvis pactum patri factum a filia, dum nuptium tradebatur, ut dote contenta, nullum ad bona paterna regressum haberet, improbet lex civilis; si tamen juramento, non vi, nec dolo praestitum firmatum fuerit ab eadem, omnino servare debet, cum non vergat in aeternae salutis periculum, nec redundet in alterius detrimentum."

Pactum talis filiae juramento firmatum valet etiam in foro civili; cum enim hic agatur de evitando peccato, ac perjurio, dicta pontificia dispositio in cit. c. Quamvis, valet etiam in foro civili, & per Judicem Seculare est servanda. Sic pluribus Juristis, & Juribus adductis, Glossa in cit. c. Quamvis, verb. Servari. Alexander consil. 29. lib. 3. Zoesius cit. c. de pactis num. 37. Covarrubias part. 3. cap. Quamvis pactum, §. 4. num. 18. de pactis in 6. Reiffenstuel lib. 1. Decretal. tit. 35. n. 82. ubi testatur de communi. Et colligitur ex cap. Novis. 13. §. Licet autem, de iudiciis, ubi dicitur, quod Pontifex procedere valeat super quolibet criminali peccato, ut peccatorem revocet a viis ad virtutem, ab errore ad veritatem. Et additur, quod de juramenti religione cognoscere, ad iudicium ecclesiae non est dubium pertinere. Et hoc etiam habetur ex praescripto legum civilium. Nam Authent. Ut Clerici apud proprios Episcopos §. Si vero Ecclesiasticum, collat. 6. Imperator expresse hoc sancivit his verbis: "Cum oporteat talia ecclesiastica examinare, & emendari animas delinquentium per ecclesiasticam multam secundum sacras & divinas regulas, quas etiam nostrae sequi non dedignantur leges." Unde in c. Intelleximus 1. de novi operis nuntiatione dicitur, quod leges non dedignantur sacros canones imitari. (Vid. addit. hisp. verb. Forum ver. Nullus ambigit:)

Ad hoc, ut talis filiae pactum juramento firmatum valet, & servandum sit, requiritur, quod juramentum non sit nec vi, nec dolo extortum, ut expresse cavet Pontifex in cit. cap. Quamvis 2. de pactis in 6. ibi: "Juramentum non vi, nec dolo praestitum. Si vero fuerit extortum vi, id est, si filia juravit se renuntiare paterna hereditate gravi metu majoris mali adducta, puta quia aliis dorem a patre obtinere non posset; seu fuerit extortum dolo, id est, si parentis scienter, & dolose persuaserint filiae minores esse facultates suas, quam revera essent, sicque ipsa seducta, & modica dote contenta reliqua hereditate sub juramento renuntiaverit; tunc juramentum sic vi, aut dolo extortum, vel nullatenus est obligatorium, ex quo talis vis, seu dolo valuerit auferre consensum; ut dicit Abbas in c. Cum contingat numer. 2. de Jurisjurando, Joan. Andreas in c. Unice. de Commodat. Pirhing. lib. 1. Decret. tit. 35. num. 32. Reiffenstuel ib. n. 83. Molina, tom. 2. de iustitia

fir-

& jure tract. 2. disp. 579. n. 28. & alii. Vel saltem non est efficaciter obligatorium, cum possit peti, & obtineri eius relaxatio, & dispensatio, qua per ecclesiam solet in similibus casibus passim concedi; c. Virum 25. de Jurisjurando. Immo & magistratus secularis potest cogere cum, qui vim, aut metum intulit, ut juramentum remittat. Pirhing. loc. c. n. 32. Reiffenstuel. loc. cit. n. 83. & alii passim. (Vid. sup. dict. verb. Forum, vers. ultim.)

Hinc talis filia (idem dic de filio, vel quovis alio necessario herede) quae, dote accepta, cum juramento renuntiavit paterna hereditate, atque enormiter, seu ultra dimidium inde laesa fuit, post obtentam absolutionem a juramento, potest petere rescissionem dictae suae renuntiationis, atque haec a Jure est concedenda ob ejusmodi enormem lesionem rite probatam; Juramentum enim junctum enormi lesionem, nempe ultra dimidium, censetur dolo extortum; nam tunc ipsa res in dolo habetur, ut dicit. l. Si quis cum aliter 36. ff. de verb. obligationibus; Covarrubias part. 3. in cap. Quamvis pactum 2. de pactis in 6. §. 4. num. 11. Gailus lib. 2. Pract. Observ. 147. n. 8. & 9. Layman. in cit. cap. Quamvis 2. de pactis in 6. n. 2. Menoch. de arbitrar. Jud. caus. 149. n. 17. & 18. Reiffenstuel loc. cit. num. 84. Fachinus lib. 8. Controvers. Juris Canon. 69. citans alios, & solvens contraria.

Pactum additionis in diem quid, & quid juris de eo, vide verb. Emptio art. 5. ad num. 45. ad 55. (Si recognoveris leg. 33. tit. 11. p. 5. 56. tit. 5. ejusd. p. 28. antec. tit. 11. 29. tit. 11. p. 3. 5. tit. 10. lib. 3. For. Reg. 4. tit. 7. lib. 5. Ord. Reg. vid. verb. Emptio, in addit. hisp. verb. Latio: in verb. Latio, etiamque verb. Restitutio, cum verb. Laicus, vers. Varia: atque in fin. verb. Forum; & praecedentia reperies comprobata; multo magis si glos. D. Gregor. Lopez ad eadem percurreris.)

Pactum legis commissoriae quid, & quid juris de eo? vid. d. verb. Emptio ad n. 40. ad 45. & verb. Hypotheca n. 34. & 35.

Pactum Antichrycos quid, & quid juris de eo? 23 vid. d. verb. Hypotheca n. 32. & 33.

Pacta hypothecae, seu pignori adjecta quaenam, & 24 quomodo valeant? vid. verb. Hypotheca ad num. 36. ad 40.

Pacta retrovendendi, seu redimendi quando, & 25 quomodo liceant, vel non, & quid juris de ipsis? vid. d. verb. Emptio art. 3. n. 54. ad 56.

Pacta, & conventiones, seu compositiones, quas superiores locales Regularium sine licentia Generalium, seu Provincialium inveniunt cum Praelatis, seu Rectoribus parochialium ecclesiarum super Juribus parochialibus, & aliis articulis, de Jure communi sunt valida, & observanda, textu expresso in cap. Quia ex eo 3. de pactis in 6. in cuius summario sic expresse habetur: "Pacta inita per Fratres Praedicatorum, vel Minorum, vel alios Mendicantes cum Rectoribus parochialium ecclesiarum super parochialibus Juribus, si facta sunt per Priores, vel Guardianos de conventuum ipsorum locorum consensu, licet auctoritas Sedis Apostolicae non intervenierit, vel licentia Prioris, vel Ministri Generalis, aut Magistris, vel Provincialis Ministri, vel Capituli Provincialis, servanda sunt dummodo sint licita, & honesta." & concordat cap. Pactum 1. eodem in 6. in cuius summario sic praecise habetur: "Monachi habentes liberam a Sede Apostolica sepulturam, si paciscuntur de non recipiendis aliquibus, vel certis parochianis ecclesiae alicujus, servare compelluntur pactum, nec illos sepelire poterunt, licet apud eos elegerint sepeliri, cum per pactum privilegio renuntiaverint."

Verum praedictas Decretales Bonifacii VIII. iterum sublatae esse per Sixtum IV. & privilegia Mendicantibus prius concessa iterum restituta esse, & con-

firmata per ipsum Sixtum IV. variosque alios Summos Pontifices testatur Emmanuel Rodericus tit. 1. q. 27. art. 3. addens ita servari in nostra Religione. Et ita etiam docent Layman in cit. cap. Quia ex eo 2. de pactis in 6. Pithing. lib. 1. Decretal. tit. 35. num. 14. Reiffenstuel *ibid.* num. 7. & alii. Et ratio ipsorum est, quia sicuti Rector ecclesie collegiate inferioris non potest Jura, & bona immobilia ecclesie alienare, nisi ultra consensum capituli cum licentia Episcopi, ut colligitur ex cap. De cetero 5. & cap. Veniens 8. de transactionibus; ita etiam Rector, seu Prior ecclesie conventuales, seu Regularis non potest alienare sine consensu Generalis sui Ordinis, qui quasi episcopalem jurisdictionem in suos subditos habet, vel saltem Provincialis in illis Religionibus, in quibus habet facultatem præbendi similem consensum. Prædicti Doctores, qui tamen recte movent in hac re attendendas esse consuetudines, statuta, & privilegia Apostolica, cuique Religioni post dictas Decretales Bonifacii VIII. facta & concessa.

Pacta abolendarum pensionum contemporanea resignationi beneficiorum, & evanescunt pensionum resignantium, damnantur, & annullantur. Bened. XIV. tom. 1. const. 30. incip. In sublimi §. 3. Pacta poenalia de non appellando à sententia super nullitate matrimonii, damnantur, & annullantur. Idem const. 85. incip. Niam §. 4. & 7. Barumque observantia præhibetur sub poena excommunicationis. Idem *ibid.* §. 7. (Vid. adnotat. hisp. pen. verb. Matrimonium.)

28 Plura sunt pacta, quæ tum Jure civili, tum Jure canonico spectatim improbantur. De omnibus agere haud patiuntur angusti limites additionum. Agimus de uno à Jure civili, tum de uno à Jure canonico improbatum.

29 Jure civili improbatum est pactum de hereditate Tertio, si Tertio ille certus sit, nec aliter subsistit nisi Tertio illo consentiente, & in eodem consensu subsistente usque ad mortem. Improbatur autem fuit pactum hoc tamquam plenum tristissimi eventus, & votum captandæ mortis continens; leg. 15. §. fin. C. de pact. Rot. in Monopolitana Immissionis 3. Martii 1749. §. 9. & seq. cor. Em. Busio.

30 Pactum hoc non sustinetur, etiamsi tendat in favorem certi, ac determinati matrimonii, quod aliàs sequutum non fuisset. Immo etiamsi juramento munitum sit, Rot. cor. Rati. decisi. 142. n. 2. & 3. Nec si inter nobiles conventum sit cum juramento; Idem supremum Tribunal in Lucana Immissionis 16. Februarii 1731. coram Calcagnin. Nec à statuto vel à consuetudine vim accipere potest. Confer Treuller. vol. 1. disput. 6. thes. 8. cap. final.

31 Debet autem esse hoc pactum vel de tota hereditate, vel de ejus parte, ut prohibitionem incurrat, Occurrit vero non semel dubitatio, utrum pactum hoc sit de quota aliqua hereditaria, an de rebus particularibus. Vide ubi res postulat, Rot. cor. Rati. dicti. decisi. 142. à num. 4. ad plur. seq.

37 Consentiente Tertio illo, ut dictum est, sustinetur. De tertio vero queritur, an is, si jurato consenserit, possit non obstante juramento discedere à consensu, & testamentum condere? Variant Doctores; Meo judicio separari debet casus. Si dixerit: Juro me in hoc pactum consentire, restitit adhuc valebit, quippe quia juramentum actus naturam sequitur. (Quæ ex num. 30. nunc usque recensentur, ex leg. 13. tit. 5. 33. tit. 11. part. 5. & demonstrantur; confer cum num. 121. in fin. notata.) Aliud si dixerit: Juro me consentire, nec me unquam consensum hunc revocaturum esse: Hoc casu (recte ait Strijk. in usu modern. Pandect. lib. 2. tit. 14. §. 17.) pertinere non potest, ut facultatem testandi amitteret, testamentum enim ut faciat nulla lege obstringitur.

39 Jure canonico improbatum pactum, quo presentatus pensioni vel favore patroni, vel favore Tertii consentit cap. 6. de pact. Ceterum interest scire, utrum pactum hoc sit conceptum per viam conditionis, an per viam modi. Priori enim casu ipsa vel natura quoque presentatio irrita est, idque quia conditio vel jure impossibilis addita actui inter vivos vitiat; Fagn. de Jure patr. part. 2. can. 12. & 13. cas. 5. mon. 6. & plur. seq. Gagliard. eodem tract. cap. 16. num. 10. Rot. cor. Emer. jun. decisi. 100. cor. Christ. decisi. 335. num. 14. Posteriori vero casu firma manet presentatio, ipsaque pactum habetur pro non appposito, Cardinal. de Luc. de Jure pat. disc. 48. fere per tot. & Card. Lantfed. Resp. Eccl. 2. pariter fere per tot. & Card. Lantfed. Resp. Eccl. 2. pariter fere per tot. qui una tradit quando mox dictum pactum appositum dici queat per viam conditionis, & quando per viam modi; confutatur in hoc Cardinal. de Luca; Et quidem non immerito.

utrum pactum hoc sit conceptum per viam conditionis, an per viam modi. Priori enim casu ipsa vel natura quoque presentatio irrita est, idque quia conditio vel jure impossibilis addita actui inter vivos vitiat; Fagn. de Jure patr. part. 2. can. 12. & 13. cas. 5. mon. 6. & plur. seq. Gagliard. eodem tract. cap. 16. num. 10. Rot. cor. Emer. jun. decisi. 100. cor. Christ. decisi. 335. num. 14. Posteriori vero casu firma manet presentatio, ipsaque pactum habetur pro non appposito, Cardinal. de Luc. de Jure pat. disc. 48. fere per tot. & Card. Lantfed. Resp. Eccl. 2. pariter fere per tot. & Card. Lantfed. Resp. Eccl. 2. pariter fere per tot. qui una tradit quando mox dictum pactum appositum dici queat per viam conditionis, & quando per viam modi; confutatur in hoc Cardinal. de Luca; Et quidem non immerito.

Quid si reservatum fuerit Beneficium Apostolicum? Interest pariter scire, utrum fuerit pactum adjectum per viam conditionis, an per viam modi. Nam priori casu Beneficium accedere debet intra quadrimestre, ut sustineatur presentatio; posteriori vero potest supervenire elapso ipso quadrimestri; Lantfed. ubi supra, Piton. d. Controvers. patron. allegat. 56. num. 5. Rot. cor. Christ. dec. 335. num. 14. & sequent. in Faventina Beneficiorum 5. Martii 1736. §. 5. Et quod attinet, cor. bon. mem. Vais.

Quid si ex aliquo impedimento, puta sequente interim vacationis Sedis Pontificie, impetrari nequit Beneficium, an subdici debeat tempus impedimenti, magna questio est? Rota nec assumere voluit hunc articulum in Regien. Beneficium 4. Junii 1759. cor. R. P. D. Rati. Proposita vero denno fuit hæc casu die 2. Junii hujus anni 1760. à R. P. D. Cornelio. Sed an in hac altera propositione deciderit articulum, videbitur edita decisione.

Coronidis loco ea hic eximenda est questio, an hodiernis moribus alter alteri pacisci possit hoc effectu, ut illi inde competat actio. Negat post alios Carpzov. Jurisp. Forens. part. 2. Const. 33. defn. 25. & seq. qui retinendam autumat & hodie definitonem Juris civilis. At affirmant Bruneman. ad leg. 25. in fin. ff. de pact. Mev. part. 4. dec. 111. n. 2. Christ. vol. 3. dec. 34. num. 12. Adde Croenweg. & plures ab eo citatos ad §. 18. Intri. de Inuti. stipulat. &

PAGANA PROPOSITIO. Vide verb. Propositiones damnate, num. 28.

PALATIUM. Vide verb. Immunitas art. 2. à n. 71. ad 88. ubi late de Immunitate, qua gaudere possunt Palatia Cardinalium, Legatorum, Principum, Regum, Nunciorum, & Episcoporum.

PALLIUM.

PALLIUM. Vide verb. Archiepiscopus art. 3. per tot. ubi abunde de omnibus, quæ ipsum Pallium concernunt.

Instantiæ pro Pallii concessione ab Advocatis Consistorialibus proponi debent. Benedic. XIV. constit. 106. incip. Inter conspicios §. 18. Pallium conceditur, & transmittitur Patriarchæ Antiochæo non Græcorum Melchitarum. Idem const. 92. incip. Dum nobiscum. Pallium transmittitur Patriarchæ Marotinarum. 3 Idem const. 101. incip. Literas.

Pallia Patriarchis, & Archiepiscopis ab Apostolica Sede concedi, & mitti consueverunt à primis usque ecclesie seculis. Idem tom. 2. constit. 60. incip. Rerum Ecclesiasticarum. Eadem antea solemnium riu benedictio in ecclesia S. Petri, prævis Cleri vigiliis, 6 aliisque sacris cæremoniis fieri solebat. Idem *ibid.* Ritus hujusmodi nonnulla subierunt mutationes, quæ assignantur. Idem *ibid.*

Palliorum benedictionem imposterum à Summo Pontifice fieri statuitur in pervigilio Apostolorum post Vesperas in Vaticana Basilica celebratas. Idem *ibid.* Vel 9 absente Pontifice, ab eo Cardinale, qui pontificalia per-

DE PANTHEISMO.

Articulus novus.

DE Pantheismo quoque in hac bibliotheca disputandum constituit, ut ea in nova hæc editio titulo ab Auctore præfixo, quoad fieri possit, respondeat. Cam enim etiam dogmaticam theologiam tractandam Auctor proposuerit, facile patet, Pantheismi errorem & impietatem exponi in eadem, ac refutari oportere. Est enim error hujusmodi omnium pessimus, ac theologiam à fundamentis evertit; In eo enim situs est Pantheismus, ut Deum mundi Auctorem, Conservatorem, atque Rectorem, de medio tollat; ad declinandam vero Atheismi infamiam Deum profiteri fingit. At si roges, quinam sit hujusmodi Deus, respondere cogitur, esse mundum ipsum, ac ipsam rerum universitatem. Pantheismus ergo error est, qui totum mundum, sive rerum universitatem pro prima causa ac pro Deo rerum omnium auctore habet. Quamobrem Pantheista te quidem, etsi non nomine Athei sunt.

II. Athei dicuntur, qui Deum esse negant; nam qui nunquam norint, non nisi improprie, vel negative Athei nuncupantur. II vero vel practici sunt, vel theoretici. Athei practici appellantur, qui ita passionibus, & cupiditatibus indulgent, ut certa indicia præbeant, ita se vivere, quia Deum non credunt. Theoreticorum vero duplex est ordo; alter eorum, qui Dei naturam aperte sustulerunt, cujusmodi fuerunt Diagoras, Protagoras, Theodoros, alique pauci; eorum alter, qui Deum aperte non negantur, sed eas statuerent, ac probare philosophiæ hypotheses, ex quibus id per legitimam consecutionem sequeretur: hujusmodi fuerunt Epicurei, Anaximandri, & Stratonis sectatores, atque ex Recentioribus Hobbesius, Tollandus, ac Benedictus Spinosus. Addi quoque possunt sceptici, qui de omnibus dubitantes Dei quoque existentiam in dubium revocant.

III. Athei secundi ordinis Pantheista appellari solent, quia sublata superna mente, quæ res condiderit, & regat, primam causam, ac primum principium rerum, mutationumque omnium, materiam habent, ex qua omnia constant, cujusque res singulæ partes sunt, & mutationes, actionesque, formæ, modi, aut affectiones. Hinc totum ipsum, Deum: ipsius vero partes, Dei partes, vel attributa, & actiones, mutationesque, Dei operationes, & affectiones, aut modos vocant.

IV. Sunt autem quædam, in quibus Pantheista omnes conveniunt, & quædam, in quibus invicem dissident. Inter omnes convenit materiam esse necesseariam, increatum, æternum, secundum totum immutabile, ac mutabile secundum partes, & motum quemdam, aut conatum ad motum habere, ac ex hac materia, ejusque naturali virtute Universum, sive res omnes, quæ in Universo sunt, atque mutationes singulas oriri. Dissidium vero est circa materiam naturam, atque proprietates, per quæ res omnes, ac functiones singulas efficiat. Epicurei, atque Stratonici materiam in particulis, sive minutis moleculis, vel atomis divisam naturam suam adstruunt. Illi atomis diversa figura præditis motum quemdam inditum esse ajunt, ac Epicurus in nonnullis atomis motum quoque declinationis confixit, quo combinari facilius possent: Stratonici vero addidere particulis illis vitam quamdam, & plasticam virtutem per omnia diffusam, quæ initia in se habeat motum, sensus, rationis, atque consilii, licet ipsa sensus, rationisque sit experta. Epicurei itaque fingunt ex fortuito illo motu atomorum in immenso spatio, post innumeras per infinitum tempus combinationes, tandem ea omnia prodidisse, quibus Universus constat, & conservatur, mentem quoque hominis, ejusque

10 peregerit. Idem *ibid.* Hujusmodi benedictionis ritus, & formula statuitur. Idem *ibid.*, & est sequens.

11 Post vespere, Pontifex, seu Cardinalis, qui illius vice in Pontificalibus officio adstiterit, ipsa pallia ter aspergit aqua benedicta dicendo Antiphonam, Asperges me, &c. ac ter incenso adolet, deinde dicit.
V. Adjutorium nostrum in nomine Domini.
R. Qui fecit cælum & terram.
V. Dominus vobiscum.
R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

DEus Pastor æternæ animarum, qui eas ovium nomine designasti, per Jesum Christum Filium tuum Beato Petro Apostolo, ejusque successoribus, boni Pastoris typo regendas commisisti, atque ipsis sacrarum bestiarum symbolis pastoralis cura documenta significasti; effunde per ministerium nostrum super hoc pallia de Beatorum Apostolorum Principum altari sumpta copiosam Benedictionis, & Sanctificationis tuæ gratiam, ut quam mystice representant pastoralis officii plenitudinem, atque excellentiam, pleno quoque operentur effectu. Humilitatis nostræ preces benigne excipe, atque eorumdem Apostolorum meritis, & suffragiis concede, ut quicumque ea, te largiente, gestaverit, intelligat se ovium tuarum pastorem, atque in opere exhibeat, quod signatur in nomine. Sit boni, & magnique illius imitator pastoris, qui errantem ovem humeris sibi impositam ceteris adunavit, pro quibus animam posuit. Sit ejus exemplo in custodia gregis sibi commissi sollicitus, sit vigil, sit circumspectus, ne qua ovis in morsum incidat, fraudesque luporum. Sit disciplina zelo ditributus, quod perierat recuperens, quod alienum reducens, quod contractum alligans, quod pingue, & forte custodiens. Videat humeris suis impositam crucem, quam Filius tuus proposito sibi gaudio sustinere non recusavit; sicque illi crucifixus mundus & ipse mundo. Tollat injectum collo suo evangelicum jugum, sitque ei ita leve, ac suave, ut in via mandatorum tuorum ceteris exemplo, & observatione præcurrat. Sit ei hoc symbolum unitatis, & cum Apostolica Sede communionis perfectæ terrera, sit charitatis vinculum, sit divini hereditatis funiculus, sit æternæ securitatis pignus, ut in die adventus, & revelationis Magni Dei, Pastorumque Principis Jesu Christi, cum ovibus sibi creditis, stola possit immortalitatis, & glorie. Per eundem Dominum nostrum &c.

12 Pallium suscipientes absentium Antistitem nomine, præstare debent juramentum in manibus Cardinalis S. R. E. Diaconorum Prioris pro tempore existentis, dum pallium ipsis ferendum, seu transmittendum suscipiunt, ut sequitur.

13 "Ego N. Procurator, & procuratorio nomine, & pro parte Reverendissimi in Christo Patris, & Domini N. electi ecclesie N. instanter, instantius, & instantissime peto mihi tradi & assignari Pallium de Corpore Beati Petri sumptum, in quo est plenitudo Pontificalis officii, & promitto illud reverenter portare, vel portari facere eidem Reverendissimo Patri Domino N. Sic me Deus adjuvet, & hæc sancta Dei evangelia."

14 Pallia archiepiscopalia in Vaticana Basilica prope Corpus S. Petri semper asservari juventur in capsula argentea auro obduta, quam Pontifex dono dedit. Idem *ibid.* Ejus arculæ custodia ad Altaristam Canonicum spectat. Idem *ibid.*

15 Alia de Pallio; Vid. tom. 1. verb. Archiep. art. 3. per tot. ***

libertatem, quam per declinationem atomorum explicare conantur. Stratonici per illam plasticam virtutem res omnes necessarie productas fingunt, ac pro materia dispositione varios effectus fieri, hoc est, vegetationem in plantis, sensum in brutis, & in homine rationem etiam, atque consilium. (Vid. in prolog. Septem Part. vers. Septenario: & lit. A. p. 130. col. 2.)

V. Anaximander, & Spinosa materiam, unam, immensam, infinitam, & secundum se totam immutabilem, mutabilem vero secundum partes confingunt. Anaximander vero ait, materiam per motum, & naturales qualitates frigoris, caloris, humiditatis, & siccitatis producere reales formas magnitudine, figura, motu, & quiete distinctas, inter quas formas vitam quoque animale, sensum, & rationem constituebat, & hac ratione infinitos ante genitos mundos, atque infinitos gignendos imaginabatur, qui corrupti in naturæ infinitatem redirent, cuius deinde virtute novi successive non secus, ac Epicurus, de fortuito atomorum concursu philosophatus est.

VI. Benedictus autem Spinosa gente, ac religione Judæus, qui natus Amstelodami die 14. Novemb. 1632. obiit Hagæ Comitum 21. Februarii 1677. in impia sua ethica Arithmetica mathematica demonstrare methodo conatus est, absurda quadam conficta hypothesi, in qua materiam infinitam & immensam, infinitam quoque cogitationem asseruit. Hypothesis autem hæc est; Fingit, substantiam unam tantum esse posse, eamque æternam, necessariam, infinitam, immensam; substantiæ vero præcipuas proprietates esse extensionem immensam, & cogitationem infinitam; Modos autem, & affectiones, quibus substantia illa, quatenus extensa est, particularia corpora constituit, & quatenus cogitans, belluas, hominesque efficit, substantias, sive Dei attributa, & affectiones vocat, quæ determinato quodam modo Dei essentiam exprimit. Hinc lapis e. g. non est nisi substantia, sive Deus, quatenus extensus; qui particulari modo per illud attributum exprimitur; belua quoque Deus est, qui per illius organa & animam, extensionem & sensum, finito, ac determinato modo exprimit: hominis denique mens eadem substantia est, quatenus cogitans, non ut infinita, sed quatenus humane mentis essentiam constituens, hanc vel illam habet ideam, & sibi conscia hoc vel illo particulari modo delectabiliter operatur, licet semper necessario. Vide, inquit doctissimus Salignæ, Spinosisticum Deum: duo homines, quorum unus negat, alter ait, unus fallitur, alter verum assequitur, unus adorat, blasphematur alter Deum, nil sunt nisi unum indivisibile ens, una substantia, sive Deus, qui in uno ait, negant in altero, fallitur in uno, non vero in alio, colit in illo Deum, in hoc blasphematur. En Spinosa Numen: Quis vero fingat in indivisibili infinita substantia tot diversos modos, in perfecta unitate tantam rerum varietatem, & multitudinem, in invariabili, & infinito mutationes, & limites? Hæc sunt profanorum ætatis nostræ hominum deliria. Hæc portentosa eorum sapientie inventa sunt, qui ut supra ceteros sese extollant, spiritus fortes appellari solent.

VII. Hactenus Pantheistarum hypotheses exposuimus. Quoniam vero in describenda Pantheismi historia, & in Pantheistis recensendis impii quidam Angli, ac Baillius, Buddeus, & etiam Antonius Genueus turpiter erraverunt non sine maxima injuria etiam Sanctorum hominum, & cum aliquo religionis detrimento, animadvertere hic operæ pretium duximus, satis non esse ad insimulandum hominem Pantheismi, ut vel vocabula quedam adhibuerit à veris Pantheistis usurpata, vel hypotheses usurpaverit ad naturæ phenomena explicanda, quæ aliqua in parte supra recensitis sint similes; sed necessariam præterea esse, ut Deum non agnoscat Universi Auctorem Rectoremque. Il ergo, qui Deum adstruant

à rerum universitate distinctum, atque diversum, qui mundum condiderit, conservet, & regat, non nisi per summam injuriam Pantheismi accusantur. Ac multo major injuria est, si ii Deum etiam materiam creatorem esse fateantur. Hæc adeo clara sunt, ut demonstratione non egeant, & ut pro explorata regula haberi possint in texenda Pantheismi historia.

VIII. Quæ cum ita sint, quis non rideat impios illos Anglos, qui Moysen, & Sanctum Paulum, aliosque probatissimos viros veriti non sunt inter Pantheistas recensere? Quid enim clarius in Moysis libris, atque in Paulinis Epistolis, quam quod Deus creavit Cælum & Terram, quodque omnia virtute sua conservet, & regat? Scio hoc fingere Moysen nomine Spiritus Dei, qui ferebatur super aquas, vim quandam in natura activam, & genitricem, aut plasticam virtutem designasse. At quid hoc cum Pantheismo commune habet? Nam vis illa quæcumque fuerit, ex Deo est, qui mundum condidit, atque regit. Ait quoque Paulus: In Deo vivimus, movemur, & sumus; sed cum eundem Deum opificem summum, rectoremque adstruat Universi, qua ratione verba illa in Spinosisticum sensum trahi poterunt, cum satis perspicue exprimat, Deum mundi Auctorem immensitate sua nobis presentem esse, ac actione sua ita nos conservare, & fovere, ut in ipso simus, ac per ipsum moveamur, atque vivamus? Sed mittamus hæc, atque ad alia veniamus.

IX. Primo itaque constat, perperam inter Pantheistas recenseri antiquos Philosophos qui hypotheses adhibere iis etiam similes, & cogitatio nem infinitam, & affectiones, quibus substantia illa, quatenus extensa est, particularia corpora constituit, & quatenus cogitans, belluas, hominesque efficit, substantias, sive Dei attributa, & affectiones vocat, quæ determinato quodam modo Dei essentiam exprimit. Hinc lapis e. g. non est nisi substantia, sive Deus, quatenus extensus; qui particulari modo per illud attributum exprimitur; belua quoque Deus est, qui per illius organa & animam, extensionem & sensum, finito, ac determinato modo exprimit: hominis denique mens eadem substantia est, quatenus cogitans, non ut infinita, sed quatenus humane mentis essentiam constituens, hanc vel illam habet ideam, & sibi conscia hoc vel illo particulari modo delectabiliter operatur, licet semper necessario. Vide, inquit doctissimus Salignæ, Spinosisticum Deum: duo homines, quorum unus negat, alter ait, unus fallitur, alter verum assequitur, unus adorat, blasphematur alter Deum, nil sunt nisi unum indivisibile ens, una substantia, sive Deus, qui in uno ait, negant in altero, fallitur in uno, non vero in alio, colit in illo Deum, in hoc blasphematur. En Spinosa Numen: Quis vero fingat in indivisibili infinita substantia tot diversos modos, in perfecta unitate tantam rerum varietatem, & multitudinem, in invariabili, & infinito mutationes, & limites? Hæc sunt profanorum ætatis nostræ hominum deliria. Hæc portentosa eorum sapientie inventa sunt, qui ut supra ceteros sese extollant, spiritus fortes appellari solent.

X. Secundo nec inter Pantheistas haberi posse Stoicos, aliosque antiquos, qui Deum mundi Auctorem, rectoremque asseruere, quod Deum quandoque dixerint animam mundi. Nam exploratum est, hos hoc animæ nomen non nisi improprie usurpare, & longe alio diverso sensu, ac mens anima hominis nuncupatur; Cum hæc corporis, hominisque Auctor non sit, sed pars sit hominis, humanarumque functionum principium. At multo minus Pantheismi suspecti sunt, qui Deum continuata actione creaturas conservare, cum ipsis concurrere, aut etiam præmovere eas asserunt. Nam ii Deum cum rerum universitate neutiquam confundunt; sed supremi illius domini exercitum explicant in res, earumque functiones, quod notatum iis velim, qui Genueus *Metaphysicam* legunt.

XI. Tertio nec jure Pantheismi suspecti habentur Morus, Clarkius, Cudworthius, Rapinior, aliique, qui spatium pro Dei immensitate habent; nam ii existentiam & providentiam Dei asserunt, probant, & explicant, atque ab hac fieri regie omnia teneantur. Ubi ergo Pantheismus est? Numquid ex eo quod penetrato à rerum universitate spatio, hoc unum cum illa rem indivisam constituit? At id Genueus cerebrum fingit, sed nunquam probabit, cum spiritu corpus penetrare, quin eadem cum illo substantia fiat, norint fere omnes; cumque mutuum corporis penetrationem contingere per miraculum posse, nostri Theologi omnes propugnant, ac Philosophorum plerique, quin jactata ab illo inde sequatur identitas. Il ergo reprehendi ea unice de causa possunt, quod

quod immensitatem Dei rite non explicant, sed Pantheismi accusari non possunt.

XII. Quarto, neque ii Pantheistæ existimari possunt, qui licet mundum æternum putaverint, Deum tamen illius Auctorem, Rectoremque norunt, atque probant, ut Aristoteles, & recentiores Platonici; sed dici dumtaxat æternum Aristotelem beneficiam Dei libertatem negasse. Excusari autem nequeunt illi, qui naturas homine præstantiores adstruebant, sed ortas illas fingebant cum tota rerum universitate, ex *chaos*, & *Oceano* in ipso rerum exordio. Nam naturas illas ex materia prædiisse ajunt, atque partes esse universi, sive conficti à Pantheistis Dei.

XIII. Quinto denique injuria Baillium, & alios Scotistas ob assertas naturas à parte rei metaphysice universales, & univocationem entis, Pantheismi, & Spinosismi insimulari; nam præterquamquod longe diverso à Spinozæ sensu entis unitatem, quæ sola abstractione mentis continetur, agnoscut, perspicuum est, eos admittère Deum etiam materiam Creatorem, ac Moderatorem rerum omnium. Eadem ratione constat, non nisi per summam impudentiam suspectos prædicari Pantheismi peripateticos ad admittas reales formas iis similes, quas Anaximander confixerat; Nam ii recte de Deo, ejusque providentia sentiebant.

XIV. Præter hæc ad cognoscendum, quàm lævia & suspecta sint indicia, quibus profani homines moventur ad augendum atheorum numerum, atque ad conciliandum per aliorum auctoritatem quandam impietatis verisimilitudinem, observare etiam necesse est, homines plerumque Atheos, aut sine religione ditios à nonnullis fuisse, vel quod receptam apud suos religionem non servarent, vel quod falsa numina colerent, vel quod datam fidem facile infringerent, vel denique quod efferais moribus offenderent parum apud eos potuisse minarum supremi Numinis metum, atque terrorem. Hæc omnia exemplis probantur. Anaxagoras, Socrates, & Evehemerus ab antiquis nonnullis *Athei* appellati fuere, licet Deum mundi auctorem, rectoremque agnoscerent, atque docerent, quia primus Solem è Deorum numero expunxit; alter Deus gentium recusavit; tertius vero, quia Deorum Græciæ popularium ortum, sepulchra demonstraverat, ut Clemens Alexandrinus ostendit. Accedit etiam Judæos & Christianos *Atheos* à Gentibus passim appellatos fuisse, quod Idola ut ipsi non colerent, ut ex Justino, Athenagora, Tertulliano, aliisque christianæ religionis Apologisis, novimus. Item Atlantes, ut refert Melas, atque Æthyopes, qui ad torridas Zonas habitant, teste Strabone, Athei à nonnullis appellati fuere, quod Solem excrearentur, veluti ipsis noxiū, licet aliunde constet, religionem servasse: Sanctus Nilus *Atheos* vocavit Arabes, quos adorasse matutinam stellam recenset. Ob efferaos mores à Macrobio Gigantes, à Porphyrio Theos, & à Dionysio Periegete Nasamones *Athei* vocati fuere, de quorum sane religione aliunde constat; Denique, ut alia mittam, Galli, quos maxime religioni deditos Cæsar exhibuit in suis de bello gallico commentariis, à Cicerone Or. pro Fontejo sine religione dicuntur, ea fortasse de causa, quod fidem datam facile infringerent. Atque hæc satis quoad historiam.

XV. Ad errorem quod spectat, qui sola explanatione refellitur, satis duximus argumenta per summa capita indicare, quibus confutatur, ac celeberrimos, qui hanc oppugnauerunt, Auctores recensere. Primum itaque consensus omnium ejusque ætatis gentium in asserendo mundum statuto tempore à Supremo Numine conditum esse, ejusque providentia gubernari, invicem argumentum depromptum est ex traditione à primis hominibus ad posterum ubique locorum diffusos transmisit, quo ostenditur Deum esse Supremum mundi opificem, & conservatorem, atque rectorem. Inter plures, qui de hoc at-

FERRAR. BIBLIOTH. TOM. VII.

gumento scripserunt, videri poterunt opera Patris Monilia, ac Patris Vincentii Patuzzi celeberrimi è Dominicana familia Theologorum, quorum primus adversus Fatalistas, & Materialistas, alter vero de vitæ futuræ statu nuperime scripsit: videri quoque poterit Auctor principiorum religionis naturalis, & revelatæ, qui circa operis initium hujusmodi argumentum accurate pertractat, & Joannes Albertus Fabricius in *delectu argumentorum, & Syllabo Scripturarum*, qui veritatem religionis christianæ adversus Atheos, Epicureos, &c. asserunt: Is sane e. 8. argumentum à consensu generis humani erudite persequitur, & nullas unquam esse vel fuisse gentes Atheas ostendit, ac n. 5. plures Auctores recenset, qui ex professo de hoc argumento tractarunt.

XVI. Argumenta reliqua ex rerum natura, motu, & finibus petita, ab omnibus fere Philosophis, & Theologis nostris recensentur; dum Dei existentiam & providentiam adversus Atheos, & Epicureos, demonstrant. Inter hæc vero plurimum ad Pantheismum refutandum valet argumentum ex rerum contingentia desumptum, de qua fuse disputat laudatus Pater Monilia in suo opere contra Materialistas, ubi luculenter demonstrat, non solum rerum individua, atque species, & aspeclabilem mundum, sed etiam materiam ipsam contingentem esse, ideoque esse non potuisse, ac sola libéra Supremi Opificis actione creatam esse, atque conservari. Et sane ens contingens est, quod ita existit, ut possit non existere: Materia vero ita se habet. Etenim in notione materiæ idea existentie non relucet; cum æque bene concipere possimus nullam materiam existere, ac concipiamus posse non existere materiam de qua urbs nostra constat, vel ex qua formatus est Sol, Luna &c. Nil enim prohibet, quin minus fingamus materiam hujusmodi non existere. Concipere ergo possumus nullam existere materiam. Ergo materia universa per notionem, quam ingerit nobis, veluti ens contingens exhibetur. Si contingens est, & in se sufficientem rationem existentie suæ non habet, sed in causa aliqua, cujus libera actione sit, & conservetur. Atque hæc causa Deus est Auctor, Conservator, & Reflor Universi. Vide etiam Auctores, qui contra Pantheistas, & Spinosam ex professo scripserunt, scilicet Antonium Gemensem in sua metaphysica, Franciscum Lamy Benedictinum Congregationis S. Mauri, Henricum Morum, Isaacum Jaquelotum, Samuesem Clark, aliosque bene multos, quos recenset Jo. Albertus Fabricius in opere supra citato. Vide infra verb. Religio.

PAPA.

ARTICULUS I.

Quoad ea, quæ concernunt Papæ electionem, consecrationem & coronationem.

SUMMARIUM.

- P**APA non potest sibi eligere successorem, & quomodo debet procedi in electione, ad numer. 19.
20. Ex quo tempore fuit statutum, ut per Cardinales perageretur, subsequente Cleri ac populi Romani approbatione; intra decem dies post Summi Pontificis mortem que notari digna efficiuntur, recensentur, ad num. 30.
31. Eo ipso quod intra conclavæ Cardinales extiterint, quomodo se gerere debent, ad num. 45.
46. Quis eligi possit, ad num. 54.
55. Forma & modus electionem efficiendæ, ad n. 62.
- B Post